

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LIV. Auditores suos sincerè amet ut pater, ut frater.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

nitate vincat magis, quàm imperio. Agnoscat officium suum non esse *αρχὴν διοπορευτικήν*, regimen Politicum, sed *ἐκκλησιαστικὴν καὶ παιδαγωγικήν*, curam & ministerium. Apostolus Paulus se vocat Ecclesiae, non dominum, sed ministrum, Col. I. 25. testaturque 2. Cor. I. 24. & cap. seq. se ne quidem in reprehendis vitiis, castigandisque personis imperium sibi ullum arrogare. Discant hinc Praecones fidei, si officiiratione objurgandi sint Auditores, siue publice ex cathedra, siue correptione privata, ut sermonem ita attemperent, ne quod dominium in illos affectare videantur. Nemo obediens aures praebeat eis, qui nimium sibi tribuunt, & tanquam superiores cum potestate & imperio loquuntur.

LIV.

Auditores suos sincerè amet ut pater, ut frater.

ἐκκλησιαστικῶς.

LOco dominationis sit sancta charitas. Sic Moyses in populum durum maternus fuit amor, adeoque pro eo optavit *de teride libro vitae*. Exod. xxxii. 32. Voces sunt ex mli ac stupendi amoris! Hinc Gregorius Lib. X. Moral. cap. 7, *Ita charitas Moysen & usque ad petitionem mortis in precibus stravit, & usque ad interfe-*

etionem populi per Zeli studium erexit. Sic Paulus Apostolus benevolentiam suam auditoribus suis sæpiissimè inculcat, modò fratres suos dilectos, ut I. Cor. X. 14. modò dilectos suos, ut Phil. II. 12. modò natos suos charissimos, ut I. Cor. IV. 14. eos vocans, modò seipsum ut nutricem & Patrem ipsorum proponens, ut I. Thessal. II. 7. ubi inquit; Fuimus mansueti in medio vestrum, ut si nutrix foveret filios suos; ita cupidi vestri. Chrysostomus hic intelligit nutricem à matre distinctam, ast Apostolus comparat se matri filios suos nutrienti, non nutrici lactanti filios alienos, ait enim, τὰ ἐαυτοῦ τέκνα. Et vers. II. Sicut nostis, quomodo unumquemque vestrum (tanquam Pater liberos suos.) Non ut Dominus suos servos, non ut Magister suos discipulos, sed ut pater, qui filios suos tanquā substantiæ suæ partem tenerrimè amat, omni sollicitudine curat, & felicissimos esse cupit, Gal. IV. 19. τέκνα υἱῶν, inquit ἄς (pro & constructio enim non ad dictionem præcedentem, sed ad intellectionem & sensum refertur.) τέκνα υἱῶν, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Hic pandit & prodit blandæ matris, cuius est tenerrimus in liberos affectus, animum, filiolos appellans Galatas, voce Johanni Apostolo familiari, & eorum sibi vendicat genituram,

quia

quia ipse Christo eos genuerat, per Evangelium, non sine labore, molestiâ & ægritudine, quemadmodum mater *ὡς μήτηρ*, i. e. summo nisu parit infantem, Maluit autem Apostolus se parturienti matri hîc comparare, quàm generanti Patri, quia Galatas perditelâ Pseudoapostolis seductos non nisi cum dolore & sudore, gemitibus multis ac precibus revocare poterat. S. Petrus quoq; fideles, ad quos scribit *ἀγαπητοί*, dilectos appellat I. Epist. II. II. & cap. IV. 12. 2. Epist. III. 1. 8. 14. & 17. & Judas v. 3. 17. itemq; Jacobus ἀδελφοί *ἀγαπητοί*, cap. I. 16. 19. & II. 5. inprimis Johannes Evangelista & Apostolus illam formulam sæpius adhibet, in suis Epistolis, juxta & hanc, *Filii mei, Fratres mei*, Sed ad Apostolum Paulum regredimur, qui de Corinthiis, disciplinæ suæ alumnis dicit, quod *cordi suo sint insculpti*, 2. Cor. III. 2. & de Philippenſibus, quod *eos habeat in corde*, Phil. I. 7. quod Lyra aliq; de intimo affectu charitatis interpretatur. Habere enim in corde, est habere in amore & affectu, hinc statim addit v. 8. *Testis enim mihi est Deus, ὡς ἐν καρδίᾳ ὑμῶν*, quàm impense amem vos omnes (sine discrimine status aut conditionis, non excludit infirmos & novitios, non tenuiores & c.) *ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ χριστοῦ*, in visceribus Jesu Christi, i. e. sincerè, non affectu carnali, pro-

pter lucrum vel commodum privatum, sed spirituali, propter Christum & in Christo. Minister Ecclesiæ, qui diligit propter sanctum denarium, non tam auditores suos, quam denarium diligit, nec ipsos querit, sed quæ sunt ipsorum. Aliter Apostolus 1. Cor. X. 33. & 2. Epist. XII. 14. Pastoris nomen non meretur, inquit Gregorius, qui plus substantiam terrenam, quam oves diligit. *ἀγαπᾷ οὐκ ὁδοποιεῖ*, ait Paulus 1. Cor. VIII. 1. Die Liebe bessert und bauet / wissen thuts allen nicht / bene Chrysostomus, cum scientia Charitate non munitur in stultitiam vertitur. Hinc precipit Apostolus Timotheo, ut habeat formam sanorum verborum in fide ac dilectione. 2. Tim. I. 13. Erasmus inquit Lib. I. Ecclesiæ. pag. 203. Hi duo precipui stimuli sunt ad docilitatem; amor & autoritas docentis; amor facit, ut libenter, citraque tædium auscultemus: autoritas, ut quæ traduntur, vera esse credamus. Pater noitaque maternaque affectu, juxta exemplum Apostoli Pauli complectatur, & sincerè amet Ecclesiæ Pastor gregem sibi commissum, ut hic vicissim illum diligit, & pari affectu ipsi adhareat. Difficile enim est, ut quantumvis recta denunci-ans is, qui non diligitur, libenter audiat, ut ait Gregorius 2. Part. Pastor. cap. 3. Est res magni momenti, ait Carolus Reginus in Orat. Christi: an-
Lib.